¶ Bene dixi ꝗ miſertus eſt dominꝰ nobis timentibus ſe. quoniaȝ Sicut pater aliquando blande conſolatur filios aliquñ voto pie correctionis flagellat miſerendo illius vt meliorem reddat ita dominus miſeretur ſuis ideo quidem miſeretur quoniam ipſe cognouit fragilitatē noſtram.

¶ Unde ſequitur Recordatus ē quoniam puluis ſumus quantum ad corpus homo eſt ſicut fenum ad modicū tempus virens vita eius et fortitudo ⁊ ſplēdor eius tanquā flos agri ſic leuiter efflorebit. id eſt. marceſcet.

¶ Et hoc vere Quoniam ſpiritus rationalis qui in homine eſt. pertranſibit ab eo et non ſubſiſtet homo qꝛ diſſoluta coniunctione anime cum corpe non ē homo et amplīꝰ in hac vita non viuificabit hoc corpus mortale. niſi diuina virtute operante.

¶ Miſericordia domini ab eterno promiſſa et vſqȝ in eternum permanſura ſuper timentes eum timore filialis reuerentie.

¶ Et iuſticia illius retribuens mercedem operibus bonis his qui ſeruāt precepta eius corde retinendo et opere complendo.

¶ Et memores ſūt mandatoꝝ eiuſ nō audiendū tantū. ſȝ ad faciendū ea nō eni auditores legis tantū iuſtificabūt apō deum ſed factores.

¶ Et memores eſſe debemꝰ mādatoꝝꝰ. qꝛ Dominꝰ in celo parauit ſedē ſuā iudiciariā ⁊ de oībꝰ iudicabit. ⁊ ne impotentem iudicē putes ſequit̄ regnū. i. poteſtas ipſius oibus dominabitur nullꝰ eniȝ reſiſtere poterit eius imperio.

¶ Et quoniā deꝰ tam vniuerſalis eſt dñs propheta monet etiam alias creaturas ad laudandum deum dicens

¶ Benedicite huic domino omnes angeli eius potentes virtute. adimplentes mandatum illius paratiſſimi et voluntarij ad exequendum vocem preceptorum eius ilico quo fuerit locutus.

¶ Benedicite domino oēs ordines angeloꝝ vos dico miniſtri eiꝰ qui faciti s voluntatem eius.

¶ Benedicite domino omnia opera eius celeſtia et terreſtria. in toto mūdo in quo dominatur. id eſt. date mihi materiam benedicendi domino quoniam omnes creature laudant dñm. tu anima mea benedic illi.

¶ Pſalmus. CIII. in quo monet ad laudem dei.

Benedic aīa mea dominum. pro tantis beneficijs ⁊ muneribus gratiarum eius et conuerſus propheta ad euȝ ait. o domine deꝰ. bene debet anima mea te benedicere. quoniam magnificatꝰ es magnꝰ nature nobilitate. magnus poteſtate. magnꝰ ſapientia. magnus miſericordia. et hoc vehementer. i. incomprehenſibiliter quare maior es omni laude.

¶ Bene magnificatus es Qui habes angelos et homīes ſanctos decore eterno ſplendidos et luminoſos te inceſſanter laudantes et lux vndiqȝ tibi eſt. qui habitas lucē imarceſſibilem.

¶ Merito magnificatus es. quoniaȝ magnitudo potentie tue relucet in omnibꝰ creaturis. tu es qui Celum quaſi tentorium ſuper emiſperiū noſtrum extendis ſine labore ac ſi quiſ extenderet pellem. tu es qui tegis ſuperiora eiꝰ ſcȝ celū ſidereuȝ aquis ſcȝ celo criſtallino qḋ ꝓpter dyaphaneitatem aqueū noīatur.

¶ Tu es qui viſibiliter aſcendens in celuȝ. Poſuiſti nubem aſcenſū tuum. qui ſuperas omēm velocitateȝ ventoꝝ qui vbiqȝ es preſens

¶ Tu q̄ es Spūales ſubſtantias facis nūcios tuos et miniſtros tuos plenos dilectione dei vt etiaȝ alios vrant et accendant ad dilectioneȝ ſui creatoris accenſos et efficaces ad executionem tue voluntatis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Tu es Qui fundaſti terraꝫ ita ſta-
bilem et firmam q̄ non inclinabi-
tur in ſeculum ſeculi. terra enim ī eter
num ſtat.

¶ Mare occeanum quaſi veſtimē
tum circūdat terram vndiqꝫ excepta
vna parte que diſcooperta remanſit ꝓpter
vitam hominū et animaliū terreſtriuꝫ ſu
per montes ſtabunt aque pluuiales
que generant ex nubibus.

¶ Ad beneplacitum tue volūtatis
mouebunt ſe aque flatu ventorum a te
concitatoꝝ de loco ad locum et a clango
re tonitruoꝝ et fulgurum que ge-
nerantur in nubibus ad modū for
midantis ſe habebunt q̄ꝛ ꝑ terribiles
ventos deſiccantur.

¶ Quibus aquis fugientibus ſiue motis
Aſcendunt. id eſt. apparent alti monteſ
et deſcendunt. id eſt. apparent campi ī
humili loco ſed non omnes in eadem alti-
tudine vel in eadem hūilitate. ſꝫ ſecundū
q̄ diſpoſuiſti eis.

¶ Terminū poſuiſti aquis maris oc-
ceani. nec conuertentur operire ter-
ram ſicut fecerūt tp̄e diluuij q̄d totū mun
dum occupauit.

¶ Qui emittis fontes in conualli-
bus quia de montibus fluunt aque ī val
les. et aque fluentes pertranſibunt de
loco ad locum inter medium mōtiuꝫ
ad ſuſtentationē viuentiū. vñ ſequit̄.

¶ Potabunt omnes beſtie agri et
reficientur onagri in ſiti ſua.

¶ Super ea que dicta ſunt montes et
valles et fontes volucres in aere volan-
tes habitabunt. et ď medio foraminū
petrarū dabūt voces cantando.

¶ Tu es Rigans montes de nubi-
bus pluuioſis generans ſup̄ montes et
de effectu pluuiaruꝫ que ſunt opera
tua fecundabitur terra.

¶ Producens fenū iumentis. vnde
ipſa nutriantur et herbaꝫ vt ſeruiant
hominibus que propter hoc facta ſunt.
vnde ſequitur.

¶ Suſtentas autē iumenta Vt educas
frumentū et talia de terra ad ſuſtenta
tionem humane vite. et vinuꝫ letificet
coꝛ hominis.

¶ Tu es etiaꝫ Producens oleum ad
condimentū ciboꝝ natura enim olei ē
vt multum foueat carnem et reddat hi-
larem. et panis coꝛ hoīs confirmet
ſiue roboret.

¶ Et ex pluuia Humectabūtur arbo
res campi ad eoꝝ nutrimentū et fructifi
cationem et cedri libani quas plāta
uit dominus illic. id eſt. in cedris paſſe
res aīalia minuta nidificabūt

¶ Herodij qui rex paſſerū dicitur
nidus eſt in cedris. montes excelſi
ſunt refugiū ceruis. et cauernoſa lo
ca refugiū erinacijs que animalia par
ua ſpinoſa eſſe dicunt

¶ Poſuiſti lunam vt diſtinguat et
variet tempora et ſol ſic determinate
tēdit ad occaſū ac ſi haberet cogni
tionem

¶ Poſuiſti tenebras in emiſperio no
ſtro per occaſum ſolis et facta eſt nox ī
ipſa pertranſibūt de loco ad locū om
nes beſtie ſilue illud enim tempus ē di
uina diſpoſitōne idoneū in q̊ beſtie querāt
ſibi victum. vnde ſequitur.

¶ Catuli leonū pertranſibūt famelici
et leones ipſi et alie beſtie vt rapiant
et querant eſcam ſibi.

¶ Qui Capta preda et orto ſole re
uertūtur ad cubicula ſua

¶ Orto ſole et iam beſtijs collocatis.
Exibit homo ad opus ſuū et ad ope
rationem ſuā continuandam vſqꝫ ad
veſperam

¶ Cum omnibus iſtis inſpectis admira
bilis occurrat altitudo diuine potentie ⁊ in
comprehenſibilis altitudo diuine prouidē
tie propheta et ſecum quilibet fidelis admi
ratiue dicit Valde magnificata ſunt
opera tua domine excedunt humanuꝫ
ſenſum omnia in ſapientia feciſti im
pleta eſt terra hominibus et animalibꝰ
et cetera que ſūt creature tue.

¶ Non ſolum celū et terram tua ꝓuidētia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

regis.ſ; etiã Hoc mare magnũ et ſpa-
cioſũ manib⁹ nauigantiũ.in q̄ ſil' pñt na-
uigare multi illic.i.in h̄ mari reptilia pi-
ſces diuerſaꝝ maneriez ꝛ naturarũ quoꝝ
nõ ē numer⁹ cert⁹ apd̄ aliquẽ hoiem.

In q̄ mari piſces Parui et magni
mõſtra maxia vt cete grãdia diſcur-
rũt.et q̄zuis tot ꝛ tam magna monſtra ſint
in mari.tñ illic naues tranſibũt illeſe
que de vna terra ad aliaꝫ neceſſaria depor-
tant.

Inter h̄ aīalia ē etiã ī mari cet⁹ grandiſ-
ſimus piſcis Draco dict⁹ q̄ deuorat alios
piſces q̄ licet ſit magn⁹ ꝛ fortis piſcis.facilẽ
tñ illudit ꝛ occidit.quẽ formaſti ad illu-
dendũ ei nõ ſic intelligas q̄ ly ad illuden-
dũ ſumatur finaliter.i.ad hunc finem ſit for-
matus.ſed tenet cõſecutiue q̄ illuſio ſequit
ꝯditõez ei⁹.vnde cũ ille piſcis velit deuora-
re alios piſces illi piſces naturali inſtinctu
fugiũt ad ripã vbi cetus natare non poteſt
ꝓpter aque paruitatẽ.ꝛ ideo cet⁹ eos inſe-
quens impingit ſe ad terram et ibi a piſca-
toribus occiditur.et ſic illuſus ſua ſpe fru-
ſtrat omnia tñ aīalia viuẽtia in t̄ra et in
aq̄s.a te expectant vt des illis eſcã
in tempore oportuno ſm̄ ꝯditõez cuiuſ-
libet ſpeciei naturalem.

Que aīalia Dãte te colligẽt.aperi-
ente te manũ tuã ꝑ diffuſionẽ tue boni-
tatis in effectib⁹ oīa implebũtur bono
cõueniẽti ſue nature.

Auertente aũt te faciẽ tuã.denegã-
do ꝓdictã diffuſionẽ bonitatis tue turba-
bũtur ex defectu nutrimẽti auferes ſpi-
ritũ coꝝ et deficient a vita et in ma-
teriã vnde ſunt formata.que ꝑ ma-
gna parte ē terra reuertentur.

Emittes tue voluñtatis effectũ et
de nouo formabũtur.i.eadẽ ſpecie ſm̄
curſum nature et renouabis faciẽ ter-
re.ſicut patet in eſtate ī qua terra renouat
herbis.florib⁹ et fructib⁹ quibus ꝑuata fue-
rat in hyeme.

Enumeratis diuinis operib⁹ ꝓph̄a inq̄t
Impendatur domino laus ꝛ honor
debitus.nõ ad temp⁹ ſed in eternũ leta-
bitur domin⁹ ī creaturis ſuis ad ſuã
gloriam ordinatis

Qui viſitat hoīes habitantes in
terra minoris ſtatus et faciet eos tre-
mere de peccatis.meli⁹ eſt enī tremor hũi-
litatis q̄ꝫ ꝯfidentia ſupbie.qui tangit cõ-
minatione vel aliq̄ flagello ꝑſecutõis mõ-
tes.i.potentes q̄ ꝑus erant ſuperbi iactan-
tes ſe fumigant lacrimoſa cõpunctione
peccata ſua plorantes.

Quia h̄ ꝓdicta fecit dñs.et ideo his in-
ſpectis Laudabo dominũ quãdiu vi-
uam hic et in futura vita.pſallã dõ meo
quãdiu ſum.

Jocundũ gratũ.acceptũ ſit illi ſcilꝫ
deo eloquiũ laudis mee ego vero de-
lectabor in diuinis cõſolationibuſ
nõ in terrenis.

Deficiant peccatores iniq̄ obſtinati ī
malo ita vt nõ ſint iniq̄ ſicut ꝑus ſed iu-
ſti pro omnib⁹ his beneficijs dei benedic
anima mea domino.

Pſalmus.CIIII.in quo monet
ad laudem dei.

Laudate dominũ
pro beneficijs ab eo obtentis et ī-
uocate nomen ei⁹ pro obtinẽ-
dis q̄a gratitudo de p̄teritis beneficijs eſt
optima diſpoſitio ꝑ futuris impetrandis
annũciate inter gentes opera pote-
ſtatis ſue et bonitatis declaratiua ſic̄ enī
de veſtra ſalute ſolliciti eſtis ſic et de alioꝝ
ſalute.

Cantate ei ore et corde laudãdo pſal-
lite illi bona operatõe narrate alijs pre-
dicãdo oīa mirabilia ei⁹ vobis nota vel
aliqua de omnib⁹.quia nullus poteſt om-
nia narrare.

Facite bona opa in quib⁹ merito Lau-
demini et h̄ in noīe ſancto ei⁹ ad eius
gloriã bona veſtra dirigẽdo q̄ dedit velle ꝛ
poſſe.q̄zuis caro moleſtijs affligat.mẽs tñ
letetur coꝝ querentiũ dominũ in ſpe
patrie celeſtis vt cũ hilaritate et iocũditate
diuina perficiant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf